224 *Ribchester*, pars inferior arae rep. a. 1818 *in a dilapidated chimney immediately adjoining to the westside of the peristyle of the temple of Minerva* (cf. n. 222). Servatur Cantabrigiae in collegio S. Iohannis.

CVM SVS V
S L M

Descripsi. I. Whitaker *Lancashire* 2 p. 462.

225 S. l. ANON. *Ribblechester, 'this is yet in the town, lying at the door of a dwelling house'* HORSL.

a *b*

IMP · CA|*es. m. au*|REL · A|*ntonino . . . . et*
pelta IMP · CA|*es. l. au*|REL · VE|*ro . . . . augg.* (*pelta*)
VEX · LEG|*ionis sex*|TAE|*victricis . . . .*
SVB · SEX|*c a l p u*|RN|*io agricola leg. augg. pr. pr.*

Anonymus in cod. Mus. Brit. Cotton Iulius F VI f. 294; Horsley p. 302 *Lancash.* 2 (inde Goughs Camden 3 p. 391) qui tantum particulam *a* littera designatam vidit superstitem. De lacuna post eam haec adnotat Anon.: *'heire in the midest the lettres weare burned of'*.

3 VEX·EO et deinde IAE, 4 SVP·SP Anon.

Sex. Calpurnium Agricolam legatum divorum fratrum in Britannia fuisse circiter ab a. p. C. 162 probabile est (cf. Capitolin. v. Marci c. 8; *rhein. Mus.* 11. 1857 p. 61 et infra n. 758); unde nomina imperatorum certo supplentur. Exciderunt in fine vv. 1 et 2 fortasse cognomina aliquot eorum triumphalia.

226 *Ribchester*, rep. a. 1833 d. 28 m. Febr. *in the churchyard, by the Rev. Mr. Allen, of Salesbury.* Erat ara alta p. $2^1/_2$, lata p. 1 dig. 1.

PROSAL VTE
E VICTORIA
INVICT IMP MAR
AVR SEVER ANT
ONINP · F · AVG ET
IVL · AVG · MATRI DNE CAS

SEPR

Baines *Lancashire* 3 p. 380 (inde memorat, non adscribit Newton p. 108, 18 adn. *g*) male, melius idem ed. Harland et Herford 2 p. 106 ex exemplo misso ab antiquario quodam loci alicuius vicini, quod aperte accuratum est. V. 7 elementa haec confusa adscripsit Baines ed. I: SV/////CRR et v. 8 idem ita exhibet //////SPR; praeterea recte indicat infra fractam esse.

Pro salute et victoria invicti imp(eratoris) Mar(ci) Aur(elii) Sever(i) Antonini p(ii) f(elicis) Aug(usti) et Iul(iae) Aug(ustae) matri[s] d(omini) n(ostri) et cas(trorum) . . . . . In fine Getae nomen videtur erasum esse.

227 *Ribchester, fixed in the wall of a small house* PENN. Ibidem, *a cornerstone* WHIT. *Richm. Now at Browsholme, Yorkshire, the seat of Thom. Lister Parker* Esq. WHIT. *Whalley.* Exemplum alterum dono Whitakeri servatur Cantabrigiae in collegio S. Iohannis.

LEG XX VV
FECIT

Contuli. Pennant *a tour from Downing to Alston Moor* (Lond. 1801 4.) p. 93; Whitaker *Whalley* p. 26 et in tab. ad p. 238, *Richmondshire* 2 p. 462 (Baines *Lancashire* 3 p. 379), ubi additur a laeva sculptum esse aprum currentem, quem non vidi in exemplo Cantabrigiensi. Unde puto duo fuisse exempla diversa.

228 In *Ribchester* rep., servatur dono Whitakeri in collegio S. Iohannis Cantabrigiae.

COH X
7 TITIANA
O·P·XXVII

Descripsi. Videtur mansisse inedita.
Coh(ortis) X ɔ(centuria) Titiana. O(pus)? p(edum) XXVII

229 S. l. ANON. (incerto loco effossa in Anglia missaque ad D. Gulielmum Camdenum GRUT.). *Ribchester*; alam Sarmatarum hoc in loco egisse et illa superiori inscriptione (n. 230) et hac, quae antea plures annos iuxta reperta, videatur CAMD.

HIS TERRIS TEGITVR
AEL · MATRONA QVOND
VIX·N·XXVIII M II D VIII
ET M · IVL · MAXIMVS · FIL
VIX·N VI M III D XX ET CAM
PANIA DVBTAE MATER
VIX · N · L · IVL · MAXIMVS
S · C · ALAE SAR CONIVX
CONIVGI INCOMPARABILE
ET FILIO PATRI PENTIS *sic*
SIMO ET SOCAERE TENA *sic*
CISSIME MEMORIA·P

Anonymus (fortasse Thom. Braithwaite, ut n. 230) in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F X f. 138 v., quem sequor; Camden ed. VI (1607) p. 616 'ex Guil. Lambardi schedis' (inde Grut. 546, 5; Leigh *Lancashire* 3 p. 5: Horsley p. 303; Goughs Camden 3 p. 391; Whitaker *Whalley* p. 26; Baines *Lancashire* 3 p. 378; Just *assoc. journ.* 6, 1851 p. 234 ss.).

Camdeni exemplum eo tantum differt ab Anonymi, quod litterae ligatae et incertae non accurate expressae sunt. Tamen variam lectionem exhibere visum est quanquam non plenam. 1 in fine lacunam indicat Anon. 2 QV . . . . . Camd. 6 Ut dedi Anon., DVBBA Camd. Fuit in lapide puto DVBTAE. 8 . . . ALAE Camd. 9 Nexum O et M litterarum servavit Anonymus solus. 10 *Filio patri* errore lapicidae videtur positum esse pro *pater filio*; Horsleius iunxit *patri pientissimo*, pro *in patrem pientissimo*; non recte puto. 11 SOCERAE Camd.*) TENA|CISSIMAE Camd., in lapide fuit puto TENA|CISSIME. 12 MEMORIAE Camd., quod Horsleius putabat iungendum esse cum *tenacissimae*, ut socrus memoriae tenacissimae fuerit; parum probabiliter. De notis S·C v. 8 Mommsenus dixit ad C. I. L 3, 3272 cf. n. 4812 docuitque ex titulis in Germania potissimum repertis (Brambach n. 314. 315. 317. 914. 1125), ubi plenius scribitur *sing. cos.*, eas ita solvendas esse ut infra feci.

His terris tegitur Ael(ia) Matrona quond(am), vix(it) an(nos) XXVIII m(enses) II d(ies) VIII, et M. Iul(ius) Maximus fil(ius), vix(it) an(nos) VI m(enses) III d(ies) XX, et Campania Dub[i]tata mater, vix(it) an(nos) L. Iul(ius) Maximus, s(ingularis) c(onsularis) alae Sar(matarum), coniux coniugi incomparabili et filio patri pientissimo et socaere (sic) *tenacissime memoria(m) p(osuit)*

---

*) De *socra* forma pro *socrus* vide Hauptium in Hermae vol. V 1870 p. 190.